

Werk

Titel: Copiosissima Evangeliorum Dominicalium Expositio
Autor: Bakius, Reinhardus
Verlag: Iungius; Schmidius
Ort: Lübeck; Schleusingae
Jahr: 1640
Kollektion: VD17-nova
Digitalisiert: Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Werk Id: PPN616188471
PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN616188471>
OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=616188471>
LOG Id: LOG_0007
LOG Titel: Dominica II. Adventus
LOG Typ: chapter

Übergeordnetes Werk

Werk Id: PPN616188331
PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN616188331>
OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=616188331>

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

nomico] vestimenta desint, ne videaris habere excusationem, sterne ramos in via, habeas vivos fidei ramos, ostende proximis pietatis exempla, Osianna concione, &c. Granat. Vide ferè similia apud Ardentem, qui vestimenta tribuit Activis, ramos prædicatoribus, imò tria hominum genera Osianna concinnentia dicit significatos per Noe, Danielem & Iobum, quos Propheta, [Ezech. 14. v. 14.] dicebat liberandos, per Noe quippe Reñores, per Daniel contemplativos, per Iob verò activos & uxoratos designari, uti his fortasse poteris, si rectè & orthodoxè accommodes.

Dominica II. Adventus,

Evangelium, Luc. 21. Matth. 24.

Marc. 13.

ERUNT Signa in Sole, & Luna, &
Stellis, & in terris anxietas gentium
per desperationem, resonante mari,
& fluctu, extabescientibus homini-
bus, præ timore & expectatione eorum, quæ super-
venient orbitarum. Nam virtutes cœlorum
movebuntur, & tunc videbunt Filium hominis
venientem in nubibus, cum potestate & gloria
magna. His autem fieri incipientibus, suspicite, &
attollite capita vestra, quoniam appropinquat
redemptio vestra.

Et dicit illis similitudinem: Videte sicum, &
omnes arbores, cum protrudunt iam gemmas,
cer-

cernentes, ex vobis ipsis, scitis, quod iam instat astra. Ita & vos, cum videritis haec fieri, scitote, quod iam instet regnum Dei. Amen dico vobis, non præteribit etas haec, antequam omnia facta fuerint. Cælum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt.

EXORDIUM.

Exordi.



Oc dicit Dominus: *Iuxta vias gentium nolite discere, & à signis cœli nolite timere, quia opiniones Gentium vanas sunt*, Jer. 10. v.2. Quibus verbis cum cœli signa prohiberi videantur, cur ergo Christus ipse de signis cœli hodiè concionatur? 1. Distinguenda sunt *tempora*, & concordabit *scriptura*, populus Judaicus abducendus erat in captivitatem Babyloniam, jam vero Babylonii tot habebant *Deastros*, quot *astra*, Judæos itaque monet Propheta, ne impiis Gentilium artibus se tradant, sed constantes persistant in primo præcepto: *Non habebis Deos alienos coram me*, Exod. 20. 2. Aliud est signa cœli *observare*, & aliud *timere*. Babylonii non modò inusitata Meteora & Syderum motus observabant, sed & de futuris eventibus ex iis pronunciabant, imò à constellationibus sibi ita metuebant, quasi eorum effectus evitari nullo modo posset: Christianus autem ita syderum motus observat, ut Dei admirandam Majestatem ac Sapientiam ex creaturis cœlestibus contempletur, & cum Eobano dicat:

Esse Deum quicunque negat, is sydera spectet,

Sydera qui spectat, jurat is esse Deum.

Imò prædictiones astronomicas Christianus habet non pro *oraculis* & *vaticiniis* indubbiis, sed pro *conjecturis* saltem, *cum astra inclinent, non reverò necessitent*:

Astra regunt homines, sed regit astra Deus. Deut. 18. v.10. Isa. 47. v.9. 3. Quod ipse Jehovah dicit, cur non crederemus? At in hoc ipso dicto lumina cœlestia expressè *Signa* dicuntur, Ergo significabunt aliquid, condita enim sunt, ut sint in signa & tempora, Gen. 1. v.14.

¶ Una-

¶ Unde triplex astrorum emerget officium, 1. Sie sind der Welt
 Latern/ die Sonne muß den Tag an vnd außblasen/wie ein Haushmann
 oder Thurm Drommeter / wenn der Mensch sich müde gearbeitet hat/ so
 führet die Sonne am Abend das Leicht beyseit / wie eine Mutter das Fen-
 ster verschengt / damit ihr Kindt desto bah ruhen möge. 2. Sie sind
 der Welt Uhrwerk / der ganze Zeiger ist die Sonne / welche ihren
 Lauff verrichtet / in 365. Tagen / vnd 6. Stunden / der halbe Zeiger ist der
 Mond / der seinen Lauff in 4. Wochen vollendet. Die Sterne sind das
 kleine Viertelwerk / wer wil sie zählen? Die Alten rechnen 1022. Sterns
 die Unserige haben noch 300. drüber gemerkt / aber die rechte Zahl ist al-
 lein dem bekane / qui computat numerum stellarum, & nomina ejus vo-
 cat, Psal. 147. 3. Sie sind der Welt Calender / welcher andeutet / wie
 das Gewitter sich brechen vnd endern werde / Luc. 12. v. 54. Hæc sunt signa
 astrorum vulgaria. Quoties autem peculiare quid significarunt? Ita ob-
 scuratio Solis in Ægypto Israelitarum significavit liberationem: Ita
 Sol in cœli medio stans Iosuæ significabat victoriam: Sic Sol retrogra-
 dus significavit Hiskiae vitam prolongatam: Sic ecclipsis Solis in N. T.
 significabat Dominum gloria pati: Sic stella Magis apparentis natum
 significabat Messiam: Imò si choclo Christus indicat, Solem, Lu-
 nam & stellas futura signa extremi dei, à quibus tamen non timendum,
 cum redemptio nostra appropinquet, atque sic in hodierno etiam Ev-
 angelio locum habet illud Prophetæ: *A signis cœli nolite timere.* ¶ Ca-
 terum hodiernum Evangelium cum præcedenti cohæret juxta duo
 cordis humani primaria vitia, quorum unum *Pusillanimitas*, alterum *se-
 curitas*, Ierem. 17. v. 9. Utrumque removere conatur Ecclesia, illam per
 consolationem, hanc per terrorem, sicuti mater jam blanditur, jam mina-
 tur, & arbor alia tractatur leniter, ut oliva, alia autem duriter ut Nux. Pe-
 trus sponte omnia relinquit, Matth. 4. Paulus terriculamentis conver-
 titur, Act. 9. Sic duplex Ecclesiæ vox est, Si mitis Joel in hil efficit, ter-
 ribilis fulminet Amos: Christus duos habet bacilos, prior *Noam*, po-
 sterior *Iobhelim*, Zach. II. convenientis his Dominica 1. & 2. Adventus, ante oculiduum. Christus prædicabat *timidis*, hodiè securis & *tumidis*, ibi an-
 nunciabat *gaudium*, hic *judicium*, ibi veniebat *ad homines*, hic *contra homi-
 nes*, ibi ut *salvaret*, hic ut *judicet*. Meisn.

Et erunt signa:] Singulis suis adventibus certa quadam si-
 E gna

Exord. 2.

Signa astrorum
peculiaria.

Exord. 3.

gna & prognostica præmisit Christus: *in primo Adventu* tale fuit cœli & terræ commotio, *Hag. 2. v. 8.* *In secundo præcursoris baptistæ aperta concio, Esa. 40. v. 8.* *Malach. 3. v. 1.* *In tertio* verò talia sunt quæ reperiuntur in hodierno Evang. eaque desumpta ex *Joel e cap. 2. v. 31.* Signa autem diem extremum antecedentia dividunt vel *in Iudaica:* vel *in Turcica:* vel *in Jesuítica:* vel *in Christiana.* De primis *Lyra in c. 21.* Lucæ refert à Scholasticis ponit 15. signa præcedentia 15. diebus adventum judicis, sed utrum illi dies 15. futuri sint continuè se habentes, vel interpilatè, ibidem sub dubio relinquunt. Primo die (juxta historiam Scholasticam) ergetur mare 40. cubitis super altitudines montium, stans in loco suo quasi murus. II. Tantum descendet, ut vix videri possit. III. Beluæ marinæ apparetæ super mare dabunt rugitum usque ad cœlum. IV. Ardebit mare & omnes aquæ. V. Herbae & omnes arbores dabunt rorem sanguineum. VI. Ruent ædificia. VII. Petræ ad invicem collidentur. IX. Fiet generalis terræ motus. IX. Äquabitur terra. X. Exibunt homines de cavernis, & ibunt velut amentes, nec mutuò poterunt loqui. XI. Surgent ossa mortuorum & stabunt super sepultra sua. XII. Cadent Stellaræ. XIII. Dicetur viventibus ut cum mortuis resurgent. XIV. Ardebit cœlum & terra. XV. Fiet novum cœlum & nova terra, & resurgent omnes. Dicitur etiam ibidem, *quod Hieronym. invenit ista in annalib. Hebreorum,* in quibus licet multa vera, tamen sunt multa falsa admixta, & id est de veritate seu falsitate istorum signorum judicium majoribus relinquo, inquit Lyra. ¶ II. Signa Turcica hæc sunt: Es werde entstehen ein sehr grosses Erdbiben / wovon es den Schwangern vngedacht gehen werde / die Mütter werden ihre Kinder nicht mehr seugen / die Sonne wird nicht mehr scheinen / Alle Weiber werden sehen / als waren sie trunken / die Kinder werden graue Haar bekommen / die Pferde und alle Thier werden in einen haussen zusammen lauffen / dann wird ein Schwert vom Himmel fallen / darob die Angesicht der Gerechten werden seyn lachend und fröhlich / der Gottlosen aber bleich und Erdfarbig / Ja es wird ein Pass Gedel gegeben werden / den Frommen in die Hand / den Verdampften aber auf den Rücken angeheftet / Saccus. ¶ III. Signa Pontificiorum sunt, 1. *Enoch & Elia predication,* 2. *Adventus Antichristi,* secundum eos ex tribu Dan orituri, ex Babylone ad Bethsaida usque & Chorazim venturi, in Capernaum & Hierosolymis, per annos tres cum dimiduo regnaturi, missam abolituri, fideles interfacti, nec non Hierosolymam reædificatu-

*Signa extremitati
dierum.*

I. Iudaica.

*II.
Turcica.*

*III.
Jesuítica.*

caturi, tandem in monte oliveti perituri, & ad tartara per Michaelem abituri, qui, ubi post dies 45. à mortuis resurrexerit, veniet Christus ille vivorum ac mortuorum Judex, 3. *Signum Crucis*, quod redintegrabitur ex particulis per totum orbem dispersis, juxta Gregor. de Valentia Tom. 4. col. 3313. 4. *Mundi conflagratio*, idem Valentianus. De quibus signis quid sentiendum, aliunde fatis notum, manemus ergo in illis que certa sunt, 2. Tim. 3. v. 14. signa autem vera recensentur in hodierno Evangelio, quorum alia *supranos in Creaturis caelostibus*, alia *intrans nos in Creaturis rationalibus*, alia *infra vel circa nos in Creaturis Elementaribus*. ¶ Discimus h̄c in genere, quomodo aspicienda extremi iudicij prognostica?

1. *Vt signa gratiae*, non enim statim universalis ille judex & ex improviso in nos irruit, sed præmittit signa ut penitentia p̄r̄cones, sic Pharaonitus est per signa Exod. 7. sic vastationem Hierosolymitanam signa penè innumera p̄cesserunt, Ein Vater steckt juvor die Rüthe auf den Leuchter/ ob sich das Kinde bessern wolt/ Ein ehrlich Kriegsmann sage öffentlich ab seinem Feind/ ob er sich vielleicht bedencken wolte / Sic Polonorum Rex Stephanus Batori Muscovitarum Imperatori misit acinacem evaginatum, & marsupium vacuum; sic Tamerlanes Tartarorum Rex tria urbibus expugnandis tentoria, per tres dies præfixit: primum erat *album* pacem notans, secundum *rubrum*, signans sanguinem, tertium *nigrum* totalem devastationem sine ulla misericordia significans. Sic signa mundi finem antecedentia *tentorium* quasi *album* sunt, mundi *conflagratio* erit *ruffum*, in tartaro sequetur *nigrum* pro omnibus incredulis & impoenitentibus. Judex benevolus cum clavibus edit strepitum monens maleficum de fuga, talis strepitus sunt signa extremi diei, Meisn. 2. *Vt signa irae*, cum Holofernes sata incideret Damascenorum, timuerunt omnes, Judith. 2. v. ult. putabant enim Tyrannum cum eis pejus acturus: Pari modo si creaturæ affliguntur, quid de impiis fieri? quid fieri de tabili, si tremunt columnæ, Beda. Si angeli tremiscent & timebunt quid facient peccatores? Si justus vix salvabitur, impius & peccator ubi manebit? 1. Pet. 4. 3. *ut signa tristitia*, moriente n. patrefamiliâs, parietes domûs nigro panno obducuntur, Saulo mortuo & David plorat & ad fletum invitat omnes, 2. Sam. 1. Dedecus ergo & contra naturâ est, tota natura contristante hominem latari. 4. *Vt signa mutantur natura*, cum portæ clauduntur & fenestræ princeps abibit, portæ mundi, fenestræ cœli clauduntur, Deus ergo aulam mundi deseret & destruet, pallor corpori, morte:

IV.
Christiana.

quomodo signa
dies extremi ap-
plicienda.

pallor natura mundi finem indicat, Meisn. Ecce fratres tot ruina mundi finem annunciant, quare ergo illum diligimus? Quare cum cadente cadimus? quare cum pereunte perimus? Si dominus nostra ruinam minatur, fugimus, & qua possimus de nostro salvamus, ecce mundus cadit, ut quid ergo eum desiderio non relinquisimus? ut quid qua possumus de ejus naufragio non salvamus? Salvemus fratres, salvemus, dum licet & nos & nostra: Nos ad cœlestia desiderio transeamus, nostra per manus iuorum & afflictorum ad cœlestes thesauros transferamus, Rad. Ardens.

In Sole & Luna & Stellis:] Adventum Christi ultimum præcedent signa. 1. in sole, de quo Matth. 24. Sol obscurabitur Hebreis Sol dicitur ☉ Schemes à radice Chaldaica ☉ Schammes, id est, suppeditare, quia lucem suppeditat omnibus, imò Latinis Sol dicitur quasi solus lucens, & lucem aliis impertiens, & profectò Sol Lumen est valde excellens, magnitudine cœlum & terram superat vicibus, 167. pulchritudine ut sponsus è thalamo prodit, Psalm. 19. v. 6. splendore oculos perstringit, Syrac. 43. v. 4. imo cursu singulis horis 200. millaria superat, &c. quando itaque hic mundi oculus, omnia qui cernit, per quem videt omnia tellus, obscurabitur, tunc in propinquuo erit dies Domini. Qualis autem solis obscuratio hic intelligenda? 1. Hieron. Chrysost. Theophil. Bella, & alii dicunt solem ita obscurandum in mundi fine, non quod destruetur, sed quia luce & majestate Adventus Christi superabitur, obscurabitur non extinctus, sed à claritate solis iustitiae obscuratus. 2. Alii dicunt per solis obscurationem figuratiter describi tenebras calamitatum & persecutionum, Es wird den Frommen Christen kein Stern in der Welt mehr leuchten wollen / 3. Alii àλεγενάς intelligunt obscurationem solis iustitiae Christi, Die Echt von Christi Person! Amt und Wohlthaten/ sollte alle Welt verschneinen / verum sub mundi finem obscurabitur, vocabitur in dubium, jam ejus diuinitas, jam ejus humanitas, jam ejus meritum, &c. Quidam urgent obscurationem luminum cœlestium mere miraculam, extraordinariam, novam, iniustitiam, ac ultimis temporibus pecuniam, in qua (juxta Bartolom. Jesuitam) nihil NATURALE REPERIATUR. Licet autem libenter concedamus in signis ultimis multa fore miraculosa, extraordinaria & supernatura, (Es wird vielleicht zugehen ut in Ægypto, ubi tenetra erant per totum triduum, vel ut tempore passionis, ubi Sol in plenilunio horis tribus ita obscuratus est, ut stellæ diurnis horis in cœlo fulge-

re vi-

Sol quomodo in
mundi fine ob-
scrandus.

revisæ sunt, teste Osorio, vel ut A. 1414. quo synodus Constantiensis habita, & panis gestatus fuit, tunc sol adeo obseuratus est in ipsa pompa, ut aves in terram deciderent, subitâ caligine, tanquam nocturnâ perterrefactæ, vel ut A. 1571. Cum Moscovita nostros homines lento igne torreret, ibi Sol ab ortu suo in horam usque quartam pomeridianam ut candens ferrum apparuit, ccelo quantumvis serenissimo:) interim tamen tutissima est sententia Theologorum nostrorum, qui in p̄ntâ Christi verborum subsistentes, statuunt, signa de quibus Christus hic agit, suas quidem naturales causas ut plurimum habere, sed tamen multa prodigiosa in illis concurrere, eorumque impletionem jamdum incepisse, ita tamen ut majora incrementa magis magisq; sumant, quo propius ipse rerum finis imminet, hinc Luther. in Postill. Domest. Monstrat Christus signa non talia, quæ videnda ab iis solum, qui in extremo die superstites erunt, sed qua S E M P E R in mundo ubique diu praecedent, & quamvis naturalia sint, multa tamen prodigiosè sient. Consentit noster textus, qui dicit, homines contabescunt præ EXPECTATIONE malorum, quæ ventura, unde consentaneum est, horrenda illa signa satis longo tempore ipsum mundi finem antecessura, nec ipsam statim mero-
λετjā simul concomitatura, quod Jesuitæ putant. ¶ II. Signa sient in Luna, de qua Matth. non dabit lumen suum, quæ phrasis confirmat id, quod iam diximus, multa scilicet supernaturalia futura in signis, quia Luna alias dicitur latinis quasi luce lucens aliena, unde in Ecclipsi naturali lumen non habet, in mundi verò fine, licet lumen sit habitura Luna, non tamen DABIT, non subministrabit. Qui autem allegoricè hæc interpretantur, illis Luna est Ecclesia, pulera ut Luna, Cant. 4. Die siebe Kirche sollte von Christi Widerschein in aller Welt leuchten vnd geliebt werden, aber sie wird am Ende Feiwr. vnd Blutroth seyn/wegen vielfältiger grimmigen Verfolgungen:

Sanguine fundata est Ecclesia, sanguine copie,

Sanguine succrevit, sanguine FINIS erit.

¶. Signa sient in stellis, de quibus Matth. 24. v. 29. Marc. 13. v. 25. quod casus sim de celo, sed quis ille casus? Job. c. 9. v. 7. dicit, stellas celo ut flagrum à DEO impressas, Er versiegelt die Sterni, qui ergo de celo cadent? imò tantæ magnitudinis stellæ sunt, ut terrane unam quidem capere possit. Chrysost. dicit, cadent de celo hic idem esse per metaphoram, quo oī, non mirabunt, ac si extinctæ essent vel succidissent, & ita Joel etiam

E 3 vide-

videtur loqui : *Retraxerunt stella splendorem suum*, Joel. 2. v. 10. 3. v. 15.
 2. *Augustinus* & alii dicunt inflammatas exhalationes stellis similes ca-
 dentibus, vel fulgura etiam ex aere demittenda hic intelligi. Die Stern/
 deren einer den ganzen Erdboden bedeckte / fallen nicht / sondern durch
 stinkende böse Feuchte aus der Erden gezogen / speyen sie die Leute an/
Simon Pauli, 3. Alii in allegoria per stellas intelligunt Ecclesiaz Docto-
 res à veritate leviter decidentes : *Bornehme Lehrer* / welche ewiglich wie
 die Stern leuchten solten / lassen sich auf die Erden werfen vom Helli-
 schen Drachenschwanz / Weltlicher Ehr vnd Herrlichkeit ut manifestum
 in *Lipso, Streubero, Paleo, Scoppio, Decumano, Pelargo & aliis.* Nota hic. ¶ I.
 Si dantur *Solis Lunaq; labores*, facile utique redarguitur impietas ac su-
 persticio illorum, quibus pro diis fuere sidera, quæ tamen alteracioni &
 mutationi subjecta apparent, ac proinde non sunt incommutabilis sive
 divinæ naturæ, cur ergo *Perse tot* habuerunt Deos, quot astra? cur *Ma-
 nichai* solem dixerunt Deum animarum? cur etiam *Iudei* coluerunt Me-
 lechet, hoc est, vel ab *Halach* gradiendo *PLANETAS*, vel à *Malach* guber-
 nando Solem, ac Lunam, aut aliam splendidam stellam, quæ cœli quasi
Regina videatur?

Virtutes cœli commovebuntur :] Per dūāmēs & q̄ām̄
 nonnulli intelligunt 1. *stellas*, quas scriptura cœli militiam & virtutes
 nonnunquam nominat, sed de stellis anteā dixit Christus, cur ergo
 tautologian fingeremus? Præterea aliud est moveri, aliud cadere, hic
 dicitur, virtutes cœli commovendas, de stellis autem dictum est, eas de
 cœlo casuras. 2. Hieron. per cœli virtutes intelligit *Angelos*, qui sint re-
 spectu Christi judicis reputandi pro tenebris, velut *Chrysostomus* loquitur,
*angeli movebuntur motu admirationis, mirabuntur universi commutatio-
 nem*, vel ut *August. ser. 130. de tempore*: *Commovebuntur angeli reverentiales
 timore, columna cœli contremiscunt & pavent ad nutum ejus, Gregor. ex Iob. c.
 26. v. 11.* 3. Alii per cœli dūāmēs intelligent cœlestes influentias, quæ sub
 mundi finem non tam fortiter agunt in inferiora, ut alias factum.
 Wir sehen daß der Himmel nicht mehr so kräfftig ist / zur Wärme / zur
 Fruchtbarkeit / so wol aus den verborgenen influentiis, als wol vor eis-
 chen Jahren / wo sind so Stirmreiche Künstler vnd Werkmeister? Wo
 sind so Grundgelehrte Männer? Wo sind so tapffere Helden? ut olim,
 es kömpt alles dahero / daß die Himmliche Einflüsse nicht mehr so starce
 seyn/Gerhard. in Pos. Plato dicit tres animz partes esse, ηγεμονη scilicet
 vel.

*Stelle non sunt
dīc:*

*Tres mundi a-
 cass, ut tres a-
 nimæ parcer.*

vel rationale, *γνῶντος* vel irascibile, & *θεραπευόντος* concupisibile, ita Philip-
pus Melanth. distribuit *z̄tates mundi*. i. Seculum fuit *γνῶντος rationale* & sapiens, ubi homines ingenii quasi inter se certabant. Unde fuerunt sub hoc seculo artifices in omni genere præstantissimi, ut ex Caini posteritate pater, conclusit hanc mundi *z̄tatem Ninus*. A Ninō ad Ju-
lium floruit seculum *γνῶντος* sive Heroicum ac irascibile, ubi Philip. dicit coætaneos in Judaismo & Gentilismo fuisse Herculem & Samsonem, Achillem & Davidem. Alexander quantus fuit bellator, volavit per mundum instar sagittæ, Julius potuit solus sistere & retrahere fugientem exercitum, ubi nunc sunt ejusmodi Heroes? Nos hodiè ventriculi sumus præ illis, sive sapientiam spectes, sive fortitudinem, *hactenus Philip-*
pus. 4. Qui allegoriis delectantur, hic per cœli *δύναμεις* intelligunt *San-*
ctorum lapsus gravissimos, Biel Eccl / die man für gewisse Himmels Kinder
vnd Himmels Bürger gehalten / ja worauf man wol einen Thurn gebauet / die werden den Teuffel sich bewegen vnd betrügen lassen / was feste ge-
wesen / wird Ehrlos werden. Sed quid nocebit. (5.) Si per cœli virtutes
intelligas ipsum cœlum, de quo David, quod ut pannus inveterascere
debeat, Psal. 102. *πελεκόμενος* profectò idem est quod fluctuo, sive de loco
dimovor, concutior, concutiendoq; periclitior, knacken / schwanken / zum End
vnd Untergang sich neigen / licet enim cœlum sit *στεγέων*, & juxta Poeta-
tas *πολύχαλκον solidissimum*, ut speculum ex ære fusum, Job. 37. v. 18.
Hæc tamen soliditas paulatim imminui videtur & ita debilitari, ut do-
eti testentur *ἐκκεντήση*, Eccentricitatem seu intervallum inter cen-
trum mundi & centrum excentrici orbis solaris insigniter nostro tem-
pore mutatum. Rident quidem hæc Mathematici, & putat Scaliger
eum flagrī dignum, qui credit factam aliquam solis inclinationem,
imò noster etiam Rollenhagius in Warhaftigen Eugen dicit: Es hat
einer in seiner Postill auch das vnter die Zeichen des Jüngsten Tags ge-
setzt / daß die gelarten Sternseher beweisen könnten / wie der Himmel Al-
ters wegen sich herunter gesakt / also / daß die Sonne mehr denn sechs vnd
zwanzig tausent sechshundert sechzig reuſcher Meilweges dem Erdbo-
den näher were / dann sie zur Zeit des gelehrtē Mannes Ptolomæi für
1430. Jahren gewesen. Machen domit ein elende Tragedi vnd Jam-
merklag / wie der Himmel bald werde auf der Erden zu liegen kommen /
als ein alter Wag / an dem beyde Achsen zerbrochen / &c. Das leß sich also
reden / ist aber im grund ein lauter Phantasen solcher Oratoren, welche bis-
weilen

weilen vbrig Weisheitlücken lassen / vnd gern etwas wunderbares/ vna
erhörtes vnd unbegreiffliches vorbringen wollen. Miror Rollen hagium
(alias præceptorem olim meum dilectissimum) hæc scripsisse, cum tam
en totus Philipista videre solebat, sic enim Dn. Philip. in ho. I. Evang.
commentatur: *Hoc tempore Sol propior est terris, quam fuit Hipparchi &*
Ptolomei temporibus, mutata ferè quarta parte Eccentricatis, fuit enim Ptolomei
tempore altior, nunc verò propior est sol miliarum Germanicorum ferè decens
millib. qua res profecto admiratione digna est. Dubitari enim potest utrum pro-
ppter senectam mundi quasi subsidat celum, paulatim ruente seu contabesciente
rerum naturâ: an verò inferiori mundo ut effacto, & sicut in senilibus sit corpori-
bust, magis magisq; languescente opus sit viciniori positi solis eum soventis, hacte-
nus Phil. in Paternos itaque cineres non mingemus, sed consentiemus
potius excellentissimo Postillatori Matthesio, qui dicit. Es neigt sich
alles zum Ende / Himmel vnd Erden fahen schon an zu krachen vnd zu
brechen / kompt ein starker Simson vnd gibt der Seulen / worauf die
Welt steht ein Druck / so gehet alles zu drümmern vnd in einen haussen.
¶ *Quæritur itaque hæc, an mundus certò interitus sit? Multi certè*
& fuere & adhuc sunt, qui vel prorsus negarunt, vel in dubium saltem
vocarunt. Quoad prius, notum est Aristotelem (1.) & alios Gentilium
Philosophos mundum statuisse æternum. Plinio (2.) hæc à Bucano ad-
*scribitur vesania, quod dixerit, *Mundum esse numen æternum nec genitum*
neç interitus, totum in toto, inde ipsum totum. Felicis Manichæi (3.) ab-
surdâ fuit opinio, sicut ipse Deus æternus est, & immutabilis, ita etiam
immutabile esse & æternum, non modo, quod genuit, sed & quod FECIT.
Aug. l. 2. de actis cum Felice, c. 19. ita etiam Photinianos disputare duo esse
principia, prima & summa, adeoq; coeterna, Deum & Materiam, refert Franz.
disp. 7. in A. C. part. post. tb. 12. Albingenes (4.) delirarunt mundum semper
fuisse, semper etiam futurum. Osland. cent. 13. Mahomet (5.) in colloquio
cum Judæis dixit, præter hunc mundum etiam aliud esse factum, qui
sit perpetuus, cent. Magd. 7. Col. 610. His omnibus contradicit Christus
*hac sententiâ: *Etiam colorum virtutes commovebuntur, & posteà:***

Omnia transibunt, celi cum vertice tellus,

Dogmata sed nunquam sunt peritura Dei.

Hac tellus columque super solventur ignes,

Sed mea non unquam solventur ab ordine dicta, 2. Pet. 3.

Et in terris erit pressus gentium.] Omnia Emphatica;

Mundus certò
interitus.

ανυξὴν Bezzæ est anxietas, Lubin. Angustia & quidem talis quam comitur *complatio manuum*, ut Syrus addit, quia omnes tribus terra plangent Matth. 24. v. 30. Cur autem hoc? *Prae stupore sonitus maris*, habet Syrus, antiqua: *pra confusione sonitus maris*, Lutherus: Werden zagen. Græcè ēv ἀποστολæ vers. Reg. in determinatione, Lubbin. & Beza in consilio inopia, Marlorat. in perplexitate, alii in desperationem vel *præ desperatione*; additur in antiqua: *arescentibus hominibus*, Beza, Lubbin. & vers. Reg. *exanimatis hominibus*, Στρωψίχω enim idem est, quod *t abesco, exresco, exanimor dolore*, Syrus: *Erit commotio, qua ejiciet animas hominum præ timore & EXPECTATIONE* (hoc Syrus omittit) illorum, Beza addit in parenth. *malorum*, quæ venient ēv τῆ δικαιοίᾳ orbi terrarum. Beza, rectius vers. Reg: *inhabitata*, hoc est, *super omnem orbem habitabilem*, . Den Leuten wird allenthalben angst vnd bang seyn / sie werden weder aus noch ein wissen / ja als ein Schatten vnd Traum werden sie dohin gehen/ quæ certè jam impleta vi des omnia, Wo sind Junge Leute nunmehr so fröhlich vnd röselicht als sie wol che gewesen? frist nicht die leidige Schwindsucht ein starken Man ja so bald / als einen verleben? Nimpt nicht das traurige malum hypochondriacum heftig überhand? hört man nicht oft solche Wort/dreissig/ vierzig oder mehr Jahr hab ich mich kaum nehren vnd des Bettelstabs er wehen können/kan aber nun nicht weiter/Gott helfe mir vnd komme mit gnaden/rc. Diversa autem huj^o presuræ applicatio fit à Doctis: Lutherus putat in Pofill. Dom. hæc magna ex parte impleta esse sub tyrannide pa pæ apud conscientiosos, propter tot traditions & electitia opera in conscientia miserè afflictos, durch Menschenlehr sind iherer viel wie ins Henckershaß vnd auf der Rechbanck deromassen geängstiger worden/ daß iherer nicht wenig (wie Gerson schreibt) in Verzweiflung gestorben vnd umbkommen/Sim: Pauli: Alii hac ad ipsum extremum diem applicant, & putant hoc spectare simile de auctoribus laqueo, quo Christus postea utetur: avis enim aerem amænaque nemora liberè per volans, nullâ afficitur tristitia, verùm si laqueum incidat, summo perè premitur & angustiatur. Sic impū nunc nullâ mandatorum divinorum observantia constricti, quacunque volunt, vagantur, omni extremi diei timore postpositi, cum autem dies ille supervenerit, ut laqueus, quam tunc angusta erunt impiorum via? Superius erit iudex iratus, inferius patens infernus, intus conscientia mordens, extus mundus ardens, à dextris peccata accusantia, à sinistris demonia torrentia, latere erit impossibile, apparare erit intollerabile,

et non habent
prohibita.

Ansb. l. de mis. hum. ¶ Quare hic posset, an liceat se ipsum interficere, cum Christus prædicat sub mundi finem pro Desperatio[n]e homines exanimandos? Resp. Minime gentium, quia i. differunt jagen vnd verzagen / timere licet, desperare non licet, ideo Christus consolationem addit, qua pii se erigere & sui REDEMPTIONEM lati expectare debent. 2. Quintum præceptum prohibet occidere hominem proximum, at qui se ipsum interficit, is etiam hominem interficit proximum, cum quilibet si bi ipsi proximus, Aug. 3. Quia in scripturis nec exemplum habemus nec præceptum ad imitandum propositum, factum enim Razia habetur in libro non canonico, 2. Mac. 14. v. ult. Simsonis factum Heroicum etiam est & typicum, Jud. 16. v. 30. Iona factum propheticum est & singulare nulli imitandum, Jon. i. Nemo itaque suorum membrorum Dominus, juxta JCtos, nemo desperet ob malum praesens & temporale cum Catone Uticensi, ne incidat futurum ac aeternum: Nemo desperet ob peccatum alienum (ut Lucretia) ne incidat proprium: Nemo desperet ob præterita peccata ut Iudas, quo fugere possit futura: Nemo desperet ex vita melioris desiderio, ut Cleombrotus, ne pejor sequatur, & mortem primam secunda excipiat, Aug. l. i. de C.D. c. 26.

Resonante mari & salo :] Alias Latinis mare & salum idem est, Arctio tamen Salum est mare lutosum & turbidum ob perpetuum motum, ex aqua & terra confusum, sub mundi itaq; finem mare ibit & intumescent, ut tempore Jonæ, c. i. implebitur illud Jobi: Fervescere faciet profundum ut ollam, mare ponet, quasi cum unguenta ebulliunt, Job. 41. v. 22. equidem in creatione Deus limitem statuit per aquarum circuitum, & illum quidem duraturum, usq; dum finiantur lux & tenebrae Job. 26. v. 10. Posuit mari vestem & ostia, dicens: Huc usq; venies & non procedes amplius, &c. Job. 36. v. 10. & 11. imo in uterum maria coegit & conclusit, Psal. 33. v. 7. unde generali diluvio terra amplius non peribit, Gen. 9. v. 11. sub mundi tamen finem diluvia particularia non erunt infrequentia, implebitur illud Davidis: Iehova ad diluvium sedet, Psal. 29. v. 10. Super montes stabunt aqua, & abyssus sicut terra vestimentum erit, Psal. 104. v. 6. quoties hæc completa, Wenn Gottes Barmherzigkeit nicht so groß wer / der Erdboden wäre schon längst verfaulert / von unten durch vielfältig Aufreissen des Meers / von oben durch den Himmel / welcher fast ganz in Thränen verwandelt wird:

Mortales quoniam nolunt sua crimina flere,
Pro nobis cælum solvit in lacrimas, Sim. Pauli.

¶ Ob-

¶ Observa autem h̄ic, impiis adversari omnes creaturas, quibus ne- *Omnes creatu-*
quiter abusi, singulæ enim ipsorum erunt carnifices, ut enim illi Solis, *re impii ad-*
Lunæ & Stellarum claritate olim abutebantur, sic vertetur illis *Sol in te-*
nebras, Luna in sanguinem &c: quia pace temporali per stultam securita-
tem abutebantur, ideo fiet pressura gentium: quia tranquillitate maris ab-
usi sunt ad prædandum & rapiendum, ideo maris fiet confusio: quia terræ
bonis abusi sunt per superfluitatem, fiet terra motus & famæ, ut alius Ev-
angelista dicit: quia salute corporum abusi sunt vitiosè vivendo, ideo
venient pestilenzia, &c. Rud. Ardens. Et protectio in extremo judicio omnia
elementa accusabunt impios, Cælum dicet: ego lucem ministravi ipsis ad so-
latum. Aer dicet: ego omne genus avium dedi ad obsequium. Aqua dicet: ego di-
versa dedi genera piscium ad esum. Terra dicet: ego panem & vinum ipsis suppe-
ditavi ad nutrimentum: Quibus omnibus cum ad creatoris nostri contemnum sint
abusi, omnia nostra beneficia convertantur ipsis in supplicia. Ignis dicet: in me
comburatur. Aqua dicet: in me demergatur. Aer dicet: in me diffundatur: Terra
dicit: A me absorbeatur. Fugiamus ergo abusum creaturarum, ut quæ libe-
rationem indies cum gemitu expectant, Rom. 8. v. 22.

Et tunc videbunt:] Particula rōte videtur aliquem temporis
articulum depingere, quæritur ergo, an certus extremi judicii annus
possit cognosci? *Omnibus ferè seculis id tentarunt nonnulli, vel suis*
revelationibus, vel suis ratiocinationibus, vel etiam magnorum virorum
autoritatibus confisi. 1. Philastrius meminit quorundam, qui ex Esa. 61.
annum acceptabilem statuerunt, inter primum Christi adventum in
carnem & alterum ad judicium annos fore 365. 2. Lactantius putabat
suò tempore finem mundi adventurum post annos 200. Vixit autem
Lactantius circa annum Christi, 336. Ergo mundus interire debuisse
Anno Christi 436. quod ipsa elusit experientia. 3. A. C. 848. mulier
quædam Suevica, nomine Theoda, circa Moguntiæ & Constantiæ fines
vaticinata est, simulans apparitionem alicujus angeli, qui dixerit, eo
ipso anno affuturum extremum diem, sed à Rabano Mauro Archiepi-
scopo Moguntino pale ignominia ad exhibitationem publicam alli-
gata fassa est, seita à quadam sacrificulo quæstus causa instructam &
omnia mentitam esse, Cent. Magd. Col. 224. 4. Arnoldus de villa nova, Phi-
losophus & Medicus insignis, finem mundi futurum dixit A. 1345. idq;
propterea, quod eo anno Saturnus, Jupiter & Mars in Aquario con-
jungerentur. 5. Lutherus tom. 9. Germ. Witeb. fol. 1530. in præfatione

Certus temporo
extremi diei
articulus nesciu-
tur.

super Danielem attingit nonnullos, quibus visum , diem ultimum venturum A. C. 1530. *Bucholzerus* ad annum Christi 1532. refert quosdam ineptè vaticinatos esse, eo ipso anno, & quidem Mense Octobri mundum interiturum, juxta illud : IesVs NazarenVs ReX IVDæo-rVm. 6. *Michael Stifelius* Arithmeticus assumxit Witebergæ dictum : VIDebVnt, In qVeM transIkerunt, unde conscriptis 22. thesibus diem Lunæ anni 1533. fini orbis destinavit, consensum etiam Lutheri petiit, & à suo proposito usq; adeo non dehortari potuit, ut statu die auditores suos in templum convocaret, & circa horam diei Lunæ 8. mundi finem expectaret 7. *Melchior Hofeman* ponebat annum sequentem 1534. 8. *Iohannes Regiomontanus* terminum mundi fecit annum 1588. de quo noti Rythmi :

Tausent / fünfhundert / Achzig/ Acht/
Das ist das Jahr / welches ich betracht/
Geh dann die Welt nicht unter/
So geschicht dennoch groß Wunder.

9. Quidam *Adolbertus Thermopodius* seculi finem constituit A. 1599. & quidem 3. Aprilis, qui erat dies Martis in hebdomada passionis, rationes ejus fuerunt partim *generales*, quod Noah diem diluvii præsciverebat, finem autem mundi fore ut dies Noæ Matth. 24. Ad hæc Eliam nōsse diem assumptionis suæ, 2. Reg. 2. Cur ergo Christiani diem liberationis suæ non nōsset? Licet enim dicatur: diem nemo novit, Matth. 24. Marc. 13. hæc tamen in PRÆSENTI dicta esse, quod scilicet tunc nemo noverit, id vero nostra tempora non concernere: *speciales rationes* erant: quia Abraham esset anno ætatis 99. circumcisus: *Johannes Evangelista* anno ætatis 99. esset mortuus, & quidem Christum 3. Aprilis ad crucem eductum, Ergo eodem anno & die illum etiam redditum. Nostro tempore multi observarunt A. C. 1613. ubi numerus continebatur in voce JUDICIUM, sequente anno addebant judicis quasi mandatum J. JUDICIUM, imo anno 1615. quidam I. I. judicium. Hodiè *Eustachius Poyssel* posuit annum 1623. 10. Alii assumserunt verba: ADVENTVS DOMINI. Ubi numerus 2012. detraxerunt verbis: Dles abbreviab Vnt Vr, F. 517. Postea iterum addiderunt: Propter eLeCtos, hoc est, 150. & ita dies ultimus esset adventurus A. 1645. Chytræus in c. 6. Gen. alios citat, qui mundi finem rejecerint in A. 1656. cum A. mundi

1656. diluvium terram obruerit. Et in c. 11. ac 20. apocal. dicit, quosdam rejecisse terminum universi in A. 1695. II. Cum primis vero nota & celebris illorum sententia est, qua etati mundi sex annorum millia attribuuntur, tum quia sex diebus est conditus, ante Deum autem dies unus ut mille anni, tum quia defunctis sex Patriarchis. 7. Enoch in celum est translatus, tum quia traditio Eliæ fertur dixisse: *duo millia inane, duo millia lex, duo millia Messias, deinde finis*. Verum Beda in Psal. 6. testatur quosdam septem statuisse milenarios, & extremum diem dixisse octavam: Ut enim in V. T. circumcisio facta esset octava die, sic etiam mortem per resurrectionem amputandam post 7000. annorum, impios vero in die octavo cruciando, unde damnationem metuens oret Ecclesia ex Psal. 6. *Domine, ne ira tua arguas me.* Cum primis vero sciendum est, traditionem illam, quæ domini Eliæ vulgo adscribitur non esse Prophetæ illius Eliæ, qui sub Ahab rege vixit, & curru igneo cœlum ascendit, sed alicujus doctoris Thalmudici, qui annis ante Christum natum 200. vixit, & inter alia blasphemè docuit, illum æternæ vite certò hæredem esse, qui in Thalmud. quotidie legat, teste Christiano Gersone Iudeo converso, qui in p. 2. sui Thalmud. c. 7. ut & in præfat. sui Chelec valde miratur, Christianos e jisusmodi Rabinorum nugis, quæ in fallaci cabala tantum consistant, fidem habere. 12. Nec existimandum est hanc prolixitatem esse frustraneam, cum hodieq; tales hariolii reperiantur, certe Moguntinus Jésuita *Adamus Conzen* nuper, pro Bellarmino, contra Parænum, disceptavit, utrum annus 1711. sit mundo futurus ultimus? Imo nota est sententia omnium Iésuitarum de imaginario suo AntiChristo, cuius regimini 3. annos cum diuidio & 12. insuper dies assignant dicuntq; post Antichristi mortem, mundi finem futurum diebus 45. præcisè finitis, & (quod manifestius) *Casparus Schöppius* apost. dies ab adventu Antichristi ad judicii diem numerat exacte 1335. quæ si vera sunt, quomodo tempus extremi diei potest esse ignotum? annon interea securus mundus esse potest, cum Antichristus ille nondum veniret, atq; sic dies ad minimum 1335. ad penitentiam restent, ipso etiam Antichristo presente? Dicimus itaq; errasse & errare omnes illos, qui cunq; diem extremi judicii exacte timari sategerunt, hodieq; satagunt. 1. quia omnes citatæ prædictiones ab ipsa elusæ sunt experientia. 2. Quia contrarium suadent dicta Matth. 24. v. 36. Marc. 13. v. 32. Act. 1. v. 7. 3. Quia Paulus monet, ne ab illis seducinos patiamur, qui talia.

*Traditio do-
mini Eliæ suspe-
cta.*

prædicunt, 2. Thes. 2. v. 3. 4. Quia non dici posset, quod dies ille sit venturus ut fur in nocte, ut laqueus, ut dolor prægnantis, si de ejus tempore constaret. Luc. 21. v. 34. Matth. 24. v. 43. 1. Thes. 5. v. 2. 2. Petr. 3. v. 10. 5. Quia in aliis vaticiniis omnibus accuratum eventus tempus nesciri potuit, sed soli Deo mansit reservatum. Ideoq; ne appetamus habere cognitum, quod Deus voluit absconditum, Ambros. quia loqui volentes de Dei profundo mens sunt in profundum, Aug. Unde rectius tempus, quod curiosæ indagationi tribuitur, studiosa preparationi tribuetur. Meisn. Certum enim est mundi finem prope adesse, id quod probant. 1. articulorum fidei dispositio, in qua Christi ascensum ejusdem redditus statim excipit, in omnibus autem fidelem invenimus Deum, Ergo nec in ultimo aut falleat aut deficiet, Aug. 2. horum temporum denominatio, dicuntur enim dies nostri mundi finis, 1. Cor. 10. v. 11. hora ultima 1. Ioh. 2. v. 18. finis rerum omnium 1. Pet. 4. v. 7. imò totum N. T. tempus dicitur non jentaculum, non prandium sed Cena, Luc. 14. v. 16. ubi adventus Christi in propinquo, Iac. 5. v. 8. 3. Vaticiniorum adimpletio, utpote de 4. mundi monarchiis Dan. 2. & 7. de Antichristo revelando, 2. Thes. 2. v. 3. de luce Evangelii sub mundi vesperam denuò accendenda Zach. 14. v. 7. 4. Prodigiorum in hoc. Evang. prædictorum quotidiana apparitio &c. ¶ Cur autem Dominus adventum suum tam diu differt? ut 1. numerum Electorum adimpleat. Apoc. 6. v. 11. 2. ut impii reddantur inexcusabiles, Rom. 2. v. 4. 3. ut piorum fides, spes, patientia & invocatio probetur, exemplo patris familiæ furem expectantis, Matth. 24. v. 43. Sponsi venientis media nocte, Matth. 25. v. 15. heri illius peregrè abeuntis Luc. 12. v. 36. Latet itaq; unus dies, ut timeatur omnis dies, Aug. Semper debemus metuere, quod nunquam possumus prævidere, Gregor. Memorare ergo in omnibus noīissima, &c. Eccles. 7. v. 10. ¶ Obiter & hoc addam: Probabilis videtur illorum opinio, qui putant ad judicium redditum Dominum non interdiu sed profunda nocte, hinc dicit Servator: Ecce venio sicut fur, beatus, qui vigilat & custodit vestimenta Apoc. 16. v. 15. Matth. 25. v. 6. Sponsus media nocte adventat, Marc. 13. v. 35. Dicitur venturus Dominus vel sero, vel media nocte, vel sub galli cantu, vel manè, 2. Pet. 3. v. 10. veniet ut fur nocte: Ut enim angelus Domini noctu percussit omnem primogenitum, Exod. 12. sic Patres putarunt judicem etiam noctu adventurum, unde in vigiliis Paschæ ante noctis dimidium populum non dimiserunt, ut Domini quasi adventum expectarent, Lactant. & alii, sed,

Mundi finis in
propinquo.

Cur adventus
Domini diffe-
retur.

Probabiliter
Christus noctu
redibit.

sed, ut dixi, haec probabilia saltem sunt, præsertim cum dicta superius citata generalius loquantur, nec ad nocturnum tempus simpliciter posse sint restringi.

Filium hominis venientem:] Emphaticus geminus articulus τὸν γὰρ τὸν ἀνθρώπων, Illum hominis filium, de quo scilicet agitur Joh. 5. v. 22. & 27. Act. 10. v. 42. 17. v. 31. Licet enim Christus Joh. 12. v. 47. dicat, se non venisse ut mundum judicet, loquitur tamen ibi de primo suo advento in carnem, ubi omnino venerat, non ut judicaret, sed & salvaret Joh. 3. v. 17. nec obstat quod Apostoli dicuntur iudicatu-ri tribus Israel Matth. 19. v. 28. Luc. 27. v. 30. illud enim fieri, vel per do-ctrinæ testificationem, Joh. 12. v. 48. vel per approbationem & subscriptionem sententia à Christo prolatæ. Proinde etiam si extreumum judicium sit opus ad extra, atq; sic toti Trinitati commune ratione ordinationis, soli tamen Christo competit ratione executionis, quia pater cœlestis, antiquus ille dierum, quantumvis ille judicet, Dan. 7. v. 9. non tamen seorsim quenquam judicat sine filio, sed per filium, cui omne iudicium dedit, Joh. 5. v. 22. ut qui propter assumtam carnem VISIBILITER sententiam de omnibus ferre potest. ¶ Facit hoc ad confutationem blasphemiarum Alcorani, qui iudicem constituit non Christum illum hominis filium, sed Mahometen, testem verò iudicii, & quidem talis, quod ad 50000. annos durare debeat, Christum constituit, Azoar 49. Nos scimus, 1. æquum esse ut homines judicet, qui videri potest ab homine, 2. æquum esse, ut rationem is reposcat, qui legem dedit. 3. æquum esse, ut judicet is justè, qui sub Pilato judicatus est injustè. 4. æquum esse, ut cum au-toritate exereat iudicium, cui divina autoritas & potestas est communi-cata. Væ impiis coram hoc iudice! videbunt in quem pupugerunt, Zach. 12. v. 10. videbit enim omnis oculus, & omnes generationes plan-gent, Apoc. 1. v. 7. consolatio quæ ex hoc iudice redundet, videatur Do-min. 26. post Trin. amemus itaq; apparitionem Domini, 2. Tim. 4. v. 8. expectemus beatam spem & apparitionem gloriæ magni Domini & Servatoris nostri Jesu Christi, Tit. 2. v. 13.

In nubibus cœli.] Verè ergo redibit, ut ascendit, nubis scili-cet vehiculo, Act. 1. v. 11. veniet è cœlo, Phil. 3. v. 20. Patescit è cœlo, 2. Thess. 1. v. 7. è nubibus cœli, Matth. 26. v. 64. ¶ Monet hic locus, ut corda ex-tollamus & cœlestia quæramus, ubi enim thesaurus noster, ibi merito cor nostrum, Tobia mater ex alto monte contemplabatur viam, quâ filius

Mahometes non
erit Index fecu-
li.

filius redditurus, nobis si visibilis Christi absentia tardioſa sit & moleſta, oculos ad cœli montes extollamus, tunç *ſpes reditus abitum non ſinet eſſe grayem*, imo ut Apostoli aspiciebant cœlum, quod Christus erat ingressus, ita nos etiam ascendamus, unde redditurus, Act. I. v. II. Bellarm. l. 3. de cult. ſanct. c. 3. ex Matth. 24. v. 27. ut fulgur ab oriente, &c. opinatur Christum redditum ex orientali plaga, ideo rectè fieri, ut orantes Orientem versus ſe convertant, venturum quasi judicem expéctantes, atq; hac de cauſa templa tali ſitu ædificata eſt, ut chori Orientem ſpectent: Co-gitatio bona eſt, cui tamen certo inniti, non poſſumus. Et ponuntur à Damasc. multæ aliaſ cauſæ, cur versus orientem oremus, 1. ut recordemur illius, qui dicitur *orienſ ex alto*, Luc. I. 2. ut commoneſiamus lapsus pri-morum parentum, qui in oriente commiſſus. 3. ut Christum in oriente crucifixum aspiſiamus quāſi, &c. Vide Pelarg. in Damasc. l. 4. c. 12. ¶ Quæri autem hic potest: an Judex ante judicium abſit? Calviniani ita ſentient concludentes: *Filius hominis in extremo judicio redibit ē cœlis*, Ergò nunc in cœlis, qua homo, tantum eſt, nec in terris nobis adest. Resp. Hun-nius de persona Christi p. 135. Hunc Nodum diſſolvunt angeli Act. I. dicen-tes: *Sic veniet quemadmodum VIDISTIS eum euntem in cœlum*. Redibit ergo viſibiliter, ſicut viſibiliter ascendit, qui inviſibili ratione nunc ſedet ad dextram Patris omnia implens, Eph. 4. Matth. 28. Psal. 110. & ambulans etiam qua filius hominis, in medio candelabrorum, hoc eſt, Eccleſiarum in hiſ terris militantium, Apoc. I. Præterea Calviniani putant, reditum eſte notam abſentia, ſcri-ptura vero hunc reditum ita depingit, quod ſit futurus, Ἐν Φαρετῷ δόξῃ illius, qui à nobis occultā tamen gloriā, ſemper adest, Tit. 2. v. 13, quin imo ſi recessus & adventus ſemper nota eſt alicuius realis abſentia, iſla certe iſpius Dei omnipræſentia in dubium vocabitur, cum multo-ties in ſcriptura deſcendere Deus & ascendere, diſcedere & accedere di-catur, Melführ. in vind. th. 80.

In gloria & potestate magna.] *μᾶς rectius multā V. Reg. virtute multa gloriā magna*, Syrus, vide loc. a Dan. 7. v. 14. Matth. 24. v. 30. 25. v. 31. 2. Theſſ. I. v. I. Apoc. 5. v. II. diſtinguitur itaque adventus hic à primo per gloriam; ibi enim venit humilis, hic ſublimis, ibi pauperculus, hic gloriōſus, ibi in dorſo aſelli, hic in vehi culo nubium cœli: ibi comitatutus à diſcipulis, hic ſtipatus ab angelis: ibi judicandus, hic judicaturus, &c. Cum ma-gna potestate veniet, quia omnes potestates cœleſtium, terreftrium & inferiorum con-tremiſcent: cum potestate magna veniet, quia cœlum, terram, & omnia ele-menta

menta concuriet: cum potestate magna veniet, quia omnes omnium hominum conscientias propalabit: Cum potestate magna veniet, quia ad ejus gloriam sol obscurabitur, tenebrarum abscondita illuminabuntur, Electi omnes illustrabuntur, & in ejus amore inflammabuntur. Hoc, Fratres, hoc quotidie cogitemus, hoc pensemus, manifestemus hic immundicias conscientiarum nostrarum per confessionem ad veniam, ne ibi a Domino manifestentur ad confusione & paenam, hic nos judicemus, ne ibi judicemur, hic nos accusemus, ne ibi accusemur, Rud. Ardens.

Potest hic agi de maiestate Christo HOMINI realiter, vi unionis personalis, communicata. Quando enim dicimus Christum HOMINEM esse omniscium, esse omnipotentem, esse omnipresentem, esse adorandum, &c: Tunc Calviniani hanc nostram Confessionem Eutychianismi insimulant, ipsi strenue interim Nestorianizantes. Filius vis iudiciorum
omnia deitatis
propria requiri enim judicabit mundum, QUATENUS hominis filius Joh. 5.v.27. Si autem hic hominis filius non est *omnipotens*, quomodo VIDEBITUR, & quidem sicut est, 1. Joh. 3. ab omnibus in toto orbe resurgentibus, tam ab Antipodibus quam a nobis, idq; *Simul & Semel*, ita, ut ejus vocem ac sententiam iudicariam omnes articulatè sint percepturi? Si hic hominis filius non est *omniscius* non est, quomodo mortuos fuscitare, quomodo omnes ad suum pertrahere tribunal, quomodo sententiam exequi posset? Si hic hominis filius *omniscius* non est, quomodo arcana hominum cogitationes & cordium recessus intimos posset scrutari? Si denique hic hominis filius *adorandus* non est, quomodo ei in publica iudicij panygryi omne genu flectetur? Phil. 2.v.10.

Incipientibus hæc fieri.] Fient ergo prædicta certissimè, id quod contra eos notandum, qui iudicij certitudinem negant: Negarunt certe illud: Samaritani, Seleuciani, Hermiani, Sadducei, Nazarei, Manichei, Carpocratiani, Symmachiani ac Proditiani, qui resurrectionem mortuorum in procreatione liberorum collocabant, indeq; *extremum iudicium profabula* habebant, Philastr. in Catal. heret. f. 25. 26. 27. quo etiam pertinent ho- dierni Empeccz 2. Petr. 3. v. 3. & 4. qui non raro iudicium extremum & mundi finem negant ob sequentes ratiunculas: 1. quia videatur impossibile, ut tam præclarum cœli ac terra ædificium in nihilum concidat. 2. contrariam videri experientiam, cum cœlum ruinam minitatum nunquam sit, der Himmel habe weder geriset/noch gefracht/er habes so lang gehalten/er stehet noch wol fernher. 3. absurdum videri, quod omnes omni- um temporum & locorum homines debeat convenire in uno loco, ibiq;

reddere rationem defurtis omnibus, de homicidiis omnibus, de adulteriis omnibus, de perjuriis omnibus, de verbis omnibus, de factis omnibus, de cogitationibus omnibus, &c. Sed frivolis hisce rationibus quam facile obviari potest. 1. *Contra impossibilitatem* dico: Deo nihil esse impossibile. 2. *Contra experientiam* dico, nec mundum primum ruinam esse minitatum, & tamen illum aquâ periisse, 2. Pet. 3. v. 6. 3. *Absurditati* opponimus fidem, per quam scimus verbo secula & facta esse, & destruenda esse, Hebr. 11. v. 3. Ideo hoc. Evang. judicium juxta omnes describit circumstantias & exprese dicit: *Tunc filium hominis videbitis.* Comprobat idem & conscientia trepidatio, & plena justitia divina (qua in hoc mundo non fit) executio, & aeterni officii Christi ratio, & universalis piorum expectatio, inspiciantur dicta Dan. 7. v. 10. seq. Psal. 9. v. 9. Eccles. 12. v. 13. Act. 1. v. 11. 10. v. 42. 17. v. 31. Rom. 2. v. 5. 14. v. 10. 2. Cor. 5. v. 10. 1. Thess. 4. v. 13. 2. Thess. 1. v. 7. 2. Pet. 3. v. 7. Epist. Jud. v. 14. 15. Apoc. 20. v. 11. &c. Hæc licet ita asseramus, Pontifici tamen nos accusant, quod extremum negemus judicium. Hinc Augustanæ Confessioni necessariò fuit inserendus peculiaris articulus, isque 17. de extremo judicio agens, & dicit Hütterus disp. 21. in A. C. thes. 2. hoc ideo factum, quod Lutherana doctrina ab impuris Monachis, partim scriptis, partim concionibus sub initium reformationis ita pañim sit traducta, ut Gallis, Vngaris, Italis, Hispanis presertim, & aliis exteris fuerit persuasissimum, eam omni honestorum & turpium discrimine sublatu, negare, ut Deum, sic extremum quoque judicium. Imo Bartchius, Stapleton. in prompt. Cathol. & alii ita discurrunt: *Extremum judicium ideo instituetur, ut (1.) merces derur bene operantibus, utque (2.) pena decernatur peccatoribus.* Iam vero Lutherus docuit, omnia opera etiam bona, esse peccata, Ergo in extremo die juxta hanc sententiam, nemo mercedem accipiet. *Quis enim mercedem daret illi, cuius omnia opera sunt peccata?* peccatoribus certe Merces non debetur. Docent præterea Lutherani, arbitrium hominis non liberum sed servum esse, juxta hanc sententiam: in extremo die nemo punietur, quia panam non meruit, qui libere nunquam peccavit. Sublatu autem operantium præmio, sublatâq; male operantium pena, ipsum judicium extremum est sublatum. Resp. i. Lutheri confessio de extremo judicio ubi vis sonat, præcipue Tom. 5. Jen. Germ. in serm. super hoc Evang. & quidem in illo Emphatica hæc: *Orationem Dominicam devotè recitare non potest, qui judicium extremum non expectat,* imo in prefatione suorum operum dicit Lutherus, scetiam sub papatu non ita frigus & glaciem fuisse,

Lutherani non
negant extre-
num judicium.

ceu

ceu Eccius & alii, qui multa ventris causâ facere sibi videantur, sed si ridetur rem egisse, *extremum judicij diem horribiliter se pertinuisse*, & salutem quæsivisse ex omnibus animi viribus, quomodo itaq; Lutherus extremum negasset judicium. 2. Rationes quod attinet, illæ nec validæ sunt, nec judicium tollunt; nam politicè (1.) verum est, quod libere non sit, id nec pro peccato habetur, nec ut peccatum punitur, sed in Theologis minime, non enim illud est peccatum, *quod libere sit*, sed illud, *quod contra legem Dei sit*, (1. Joh. 3.) etiam quando ab insciis committitur, vel in ipsa natura originaliter hæret, Psal. 51. v. 2. Ephes. 2. v. 3. quin imo hominis arbitrium ad benè agendum servum esse, hoc nos docemus, quia scriptura docet, Rom. 6. v. 17. & 7. v. 14. Eph. 2. v. 1. quis autem unquam docuit hominem *non libere peccare*, & *in malis* etiam libero ipsum arbitrio destitui? Peccata itaque in extremo judicio omnino punientur. Mercedem (2.) benè operantibus in ultimo judicio dandam concedimus, sed merces illa dabitur non PROPTER opera, sed saltē SECUNDUM opera, licet itaq; renatorum operibus etiam bonis aliquid peccati & virtutis adhæreat, (juxta dicta, Esa. 64. v. 6. Eccles. 7. 21. Rom. 7. v. 19. 20. & August. illud: *Va hominum vita, quantumvis laudabilis, si remotā misericordiā judicetur*) non tamen sequitur: Ergo mercedem non accipient, quia vitium ipsorum operibus adhærens, per Christi meritum tegitur, opera illorum coronantur ex mera gratia, Matt. 20. v. 9. & 51. & sic per fidem in Christum dilecti sunt electi, Eph. 1. v. 4. 6. licet judicium ob visibilitatem, secundum opera sit instituendum, atque sic ultimum diem nos negare, Papistæ in æternum non probabunt. ¶ Porro si Christus hic affirmat, certò hæc FUTURA & ventura, cur alibi dicit *se ignorare diem iudicij* Marc. 13. v. 32. Annon hoc modo ejus labefactabitur omniscientia? Annō inde sequetur ipso filio Dei sapientiorem esse Satanam, *qui novit temporis parum superesse*, unde iram magnam fovet Apoc. 12. Resp. Satanas novit judicij diem appropinquare, sed tempus & horam determinatam nullo modo novit, quod ad dictum Marc. 13. variae sunt Theologorum sententiae: 1. Nonnulli distinguunt inter Christi caput & corpus, dicuntque ipsum judicij tempus *nosse ut caput*, *non autem nosse in corpore vel membris*, quæ nos sumus. 2. Alii dicunt Christum loqui de cognitione Prædicta & experimentalis, quod videlicet tale judicium hæc tenus fuerit ignorantum. 3. Alii dicunt Christum hæc ignorasse, *ut hominem*. 4. Christum ita locutum esse in honorem Dei Patris, qui fons est omnis scientiarum. Hilar.

Quo sensu
Christus judicij
extremi diem
ignores.

Filius & Spiritus S. qui non sunt à se, de illa die nesciunt à se. Pater autem, quia à se est, scit à se, filius vero novit in Patre. 5. Plurimi dicunt, Christum sic mundi finem ignorasse, at aliis noluerit aperire, ad refrenendam curiositatem scilicet, ideoq; addi: *Neque angelī, quasi dictū: id homines scire non desiderent, quod angelī nesciunt.* Aug. Diem filius idēo nescit, quia Tacet, Hilar. Horam filius sibi novit, mihi non novit, ideo thesauri scientia in ipso dicuntur absconditi, quæ sententia multis licet placeat, tutior tamen. 6. Illa videtur, quæ statuit Christum secundum humanam naturam libenter nescivisse in statu voluntariæ exinanitionis ea, quæ jam in exaltationis statu nosse idēo & eosensu dicitur, quia omniscientia communicata idioma, ut antea, parcissimè, ita nunc exactissimè usurpat.

Respicite & attollite capita:] Rectius: *suspicite, & vixi.* **¶** *an*, per quam vocem innuitur, ubi quærendum sit auxilium & solarium in calamitatibus mundi finem antecessuris, videlicet in *cælo*, alias enim, si in mundo daretur solarium, tunc CIRCUMSPICERE tantum, non verd SUSPICERE juberemur, Ater. Levandi itaq; oculi sunt ad montes, unde nobis auxilium Psal. 121. Porro caput altum & erectum victores ferunt, estq; latitiae signum, Esa. 35. v. 10. 51. v. 11. Psal. 3. v. 4. Cum contrà caput in terram demissum arguat tristitiam, Thren. 2. v. 10. non elevabo caput, cur concidit vultus tuus, Gen. 4. Vult itaq; Christus, ut pii lætentur, unde *Syrus* addit: *Bono animo estote.* Licet enim signa extremi iudicii valdè tristia & tempora valdè turbulentia sint futura, pii tamen propterea contrastari nec possunt nec debent, quid enim solis obscuratio nocet illi, qui scit ad solem justitiae Christum se festinare? Quid Luna labor & defectus nocebit illi, qui eò properat, ubi Sol de die non uret nos, neq; Luna per noctem, Psal. 121. ? Quid lapsus stellarum illi nocebit, qui novit electos ut cœli stellas fulsuros, Dan. 12. Quid mare turbidum & tumidum illi nocebit, qui novit portum sibi longè securissimum in cœlis paratum? imò quid *cæli & terra interitus ac navora te/a* illi nocebit, qui & cœlum & terram, & corpus & animam cum Asapho flocci facit, modò suum Elohim habeat? Psal. 73. ideoque:

Signa referit Christus mundi tractura ruinam,

Tempus adest: Lætum tollite quisq; caput, Stigel.

Quoniam appropinquat redemptio:] *Vita nostra CAR-
EBR est, Tertull.* ut enim in carcere tenebræ sunt, also wiſ offt in der Welt
frommen Christen kein Stern leuchten: Ut in carcere sunt noxiæ humili-
dita-

ditatis, sic in mundo aquarum tribulationis magna copia est: In carcere serpentes sunt & bufones, sic in mundo ab infernali serpente multa patimur, à vermis tandem absundendi: In carcere captivis vix panis & aqua suppeditatur, sic pii in mundo pane lacrymarum cibantur, Psal. 80. Gall. Lætatus itaque si est Noha, ex arca sua ut ex carcere liberatus, Gen. 9. Quantò magis nos lætabimur? si lætatus est Joseph, ex triennali custodia eductus, Gen. 31. quantò magis nos lætabimur? Si lætatus est populus Israelicus in exitu de Ægypto, & ut arietes exultavit Psal. 114. quantò magis nos lætabimur? Si lætatus est Jonas ex pescis ventre erexitus Jon. 2. quantò magis nos lætabimur? imò si lætatus Petrus ab angelo ex vinculis liberatus, Act. 12. quantò magis nos lætabimur? Jucundissimum autem est, quod dies ultimus dicitur *Redemptio*, repetit hoc epitheton Paulus Rom. 8. v. 23. *Redemptio ergo fiet & in anima & in corpore.* Redimet Dominus animam ab indigentia sapientiae & virtutis: Redimet eam à morte malarum cogitationum & peccatorum: Redimet eam ab afflictione passionum, timoris scilicet, tristitia, invidia, &c. CORPUS redimet ab indigentia ciborum, vestimentorum, ceterorumq; corporalium: Redimet ab afflictione morborum, senectutis & gravitatis: Redimet etiam à morte, veram ei immortalitatem concedens Rud. Ardens. ¶ Quæri hic potest: An Christus in mundi fine venturus sit ut REDEMPTOR, & an rectè oret Dn. Eberus:

Ein fröhlich Wahrstend mir verley!

Am Jüngsten Gericht mein Vorsprach sey?

Pontificii hoc negant, putantes, Christum in extremo judicio nec Redemptorem fore nec *Advocatum*, sed *Judicem severissimum*, cum judicium sit instituendum juxta legem, atq; sic naturam judicii non recipere misericordiam, Chrys. Vide locum Hebr. 10. v. 27. quem Stapleton in prompt. Cathol. allegat. Resp. I. Pontificii in os contradicunt Christo, qui hic dicit: Attollite capita vestra, quoniam appropinquat *redemptio*, ergo Christus verè veniet piis ut *REDEMPTOR*; quem etiam Job confidit se oculis suis visurum: *Scio quod REDEMPTOR meus vivit*, &c. Job. 19. 2. Judicium instituetur quidem juxta legem, ex qua impii damnabuntur, & absolvantur etiam legis voce pii, *quia Christus legem implevit*, tamen non tam Legis quam Evangelii vox erit norma judicii, juxta illud: *Qui CREDIT in filium, habet vitam aeternam*, qui autem non credit, non videbit vitam. Joh. 3. v. 3. 6. Sermo, quem locutus ego sum, *judicabit in extremo die*. Joh. 12. v. 48. *Judicabit Dominus oculi a hominum ex meo Evangelio per Iesum Christum*, Rom.

*Christus in extre-
mo judicio
erit Advocatus
nostrus.*

2. v. 16. 3. Scimus h̄c aut amitti aut retineri vitam, ibi verò nec pœnitentia locum, nec satisfactionis effectum dari, interim tamen illis, qui in hac vita pœnitentiam serio egerunt, illis inquit, Christus & Iudex est & Advocatus: Iudex, quia in judicium omnes, atq; sic tām pios quām impios vocabit Rom. 14. v. 11. 2. Cor. 1. v. 10. Advocatus autem, quia ab accusatione Diaboli pios liberabit. Certum enim est, Dæmonem jam coram Deo accusare non tam impios, quos antea suos novit, quām pios & electos Apoc. 12. v. 10. Ergo in extremo etiam judicio accusabit tām Petrum quam Iudam, cum uterq; Christum abnegarit, tām Paulum quam Neronem, cum uterque Ecclesiam persecutus sit: Tam Mariam Magdalenam quam Herodiadēn, cum utraq; sextum præceptum violarit, &c. sed accusatio isthac pii non nocebit, cum eos excusat ille, qui pro ipsorum peccatis satisfecit, eaq; sanguine suo delevit, Esa. 43. v. 25. Ezech. 33. v. 16. 1. Joh. 1. v. 8. Apoc. 1. v. 5. quis ergo accusabit electos &c. Roman. 8. v. 34.?

*Aptum simile
de fico.*

Videte ficum & omnes arbores:] Simile valde aptum & conveniens. Quia 1. cum ficus flore destituta sit, cæteris arboribus florescens ipsa grossos producit, & quidem alii frutices nonnunquam etiam in hyeme calidiori nonnihil ita repullulascunt, & æstas non statim sequatur, verum ficus & alia perfectiores arbores, quando germinant, florent & emittunt folia, vel ut in Matth. v. 32. cum fici ramus fuerit tener, cum ex cortice fuerit protrusus ἀλαδ οὐ παλός, ramulus recens enatus, & pullularint φύλα εὐφύη foliorum rudimenta, id tale instantis æstatis signum est, quod non fallit, ideo Christus dicit: Agnoscite, imo ἀφ εἰστῶν, ex vobis ipsis, (unde nulla controversia) scirū, &c. Innuitur itaq; hac similitudine, prædicta extremi judicii signa non fallacia, sed longe certissima esse. 2. Notatur hac parabola rerum mundanarum fragilitas, nullius enim arboris fructus tām facile decidunt, quam ficus, cuius maturi grossi vel levissimo motu atq; agitatione, in os comedentis cadunt, Nahum. 3. v. 12. Sic mundo nil fragilius, ad hoc pullulat, ut marcescat, ad hoc surgit ut cadat, mundi fructus ruina est, Gloss. Ordin. in Luc. 3. Depingitur hac similitudine piorum conditio. Ficus biferā fuit, hoc est, bis in anno frugifera, priores fructus erant ficus immatura & utabantur eis homines tenuioris fortunæ ad pellendam famem, posteriores vero maturæ erant & saporis dulcisissimi, quibus diiores vescebantur: Pari modo in hoc mundo egeni sumus omnes, amarissimis tribulationum ficubus

pii omnes cibantur, sed veniat illa dies, tunc fructus cœlestis æstatis dulcissimos gustabimus. 4. Ficus Ägyptiacæ lignum, quo diutius in aquis jacet, eo minus mergitur, & contra naturam omnium lignorum in superficie natat: Sic pii aquis tribulationum satis diu immersi, non tamē omnino submergentur, Wem alle Welt sagt: Sie werden jetzt sinken vnd zu boden gehen/denn wird erst recht ihre Erhöhung vnd Erlösung sich finden. 5. Mysticè nonnulli hanc similitudinem accommodant, ad populum Judaicum, est ille *ficus maledicta* Matth. 21. sed cæxitas illi ex parte contigit Rom. 11. ideo cum de *arido hoc ligno* ramus fidei & conversionis fuerit exortus, hoc est, quando Judæorum insignis conversio, juxta Pauli vaticinium, fuerit facta, tunc *astas extremi diei* in propinquo erit, &c. ¶ Notetur hic I. in genere mundum verè ex Basili sententia esse ταύτην τὴν δεογονίας, hinc Christus Servator nos deducit jam ad Mundus Schola agnitionis Dei.
 lilia & flores, Luc. 16. jam ad gramine campi, jam ad arbores, quemadmodum etiam D. Bernhardus de se fassus est, quod bonam Theologia sua partem in Sylvis addidicerit, & aliquando nullos se magistros habuisse, nisi quercus & fagos, nec sine causa sub mundi finem ad ficum remittere nos Christus videtur, ficus enim *transgressionis arbor est*, cuius foliis ad tegendum corpus, usi sunt protoplastæ, Gen. 3. Verum in extremo iudicio, cum nullus peccator latere possit, nos ita ficum aspiciamus, non ut peccatis nostris tegumentum quæramus, sed ut adesse statuamus eum, qui omne occultum manifestabit. Christus maledixit sicui, quæ folia quidem habebat, at fructus non habebat, Matth. 21. Demus itaq; operam, ut sub mundi finem proferamus, non modò folia sed & fructus, non modò verba sed & facta, Aug. ¶ II. In specie notetur, hunc mundum HYE. *Hic Hyems ibi*
 MI, vitam autem æternam ÄSTATI conferri. Ästas est calida, clara, fru-
 Etiosa: Sic æterna vita calida erit calore charitatis: clara illuminatione
 veri solis: fructuosa messibus æternæ rettibutionis. Contrà, Hyems est
 frigida, tenebrosa, sterilis: Sic hæc vita frigida est sine calore charitatis:
 tenebrosa, ex ignorantia, tribulationibus & peccatis: sterilis, quia hæc non
 metuntur sed seruntur semina bona operationis. Quicunq; ergo in hac
 hyeme somno vacat & otio, quasi operari non valeret propter frigus, is in astate
 mendicabit, nec dabitur ei, Rud. Ardens. Multa præterea hic latent: 1. Ut
 hyems & ästas ex Dei ordinatione perpetuo sibi succedunt Gen. 8.
 Psal. 74. v. 17. Ita similiter Deus vult, ut vitam hanc temporalem æterna
 excipiat, & certè miserrimi omnium essemus creaturatum, si in hac vita
 solu-

solum in Christum speraremus, 1. Cor. 15. v. 19. 2. Ut nemo praecise novit terminum, quando hyems & aestas disjunguntur, licet variæ Astronomorum sint sententiaz: Ita quando hujus vita hyemem aestas æterna exceptura sit, hoc conjecturis quidem variis subiacet, sed solus Deus novit, Matth. 24. 3. In hyemis & æstatis disjunctione tempora ob multos morbos satis sunt periculosa: Sic in mundi fine, quando ab hac ad alteram vitam transitus fiet, quæ non orituræ prædicuntur calamitates, Luc. 21. Matth. 24. & 25. ? In hyeme omnia contristantur, in æstate exhilarantur: Sic dies ultimus dies erit lætitiaz & refrigerii, Act. 3. v. 19. in hyeme omnia moriuntur, ne aviculam quidem (exceptis passeribus, picis, corvis & cornicibus nauci volucribus) audis: In æstate omnia vivificantur: Sic dies ultimus erit restitutionis omnium, Act. 3. v. 20. Hyems omnia absimit, Aestas omnia cum scenore reddit: Sic qui in hac vita bene funus egit, ibi nobile scenus ager, redibit calor frigescens, redabit color cinescens, &c. Expectemus itaq; illud felix tempus, ubi dicemus: Jam hyems transiit, imber abiit & recessit, flores apparuerunt, Cant. 2. v. 11.

Herklich thut mich erfreuen /
Die liebe Sommerzeit /
Wenn Gott schön wird vernewen /
Alles in Ewigkeit /
Den Himmel vnd die Erden /
Wird er new schaffen gar /
All Creatur sol werden /
Ganz herrlich / hell vnd klar.

Cum videritis hæc fieri, scitote:] rau[r]ayv[er]a, hæc facta
Vers. Reg. in propinquo esse. Matth. 24. v. 33. additur Ðni I[esu]s in januis,
vel ut Syrus: Scitote eam pervenisse ad portam. Ergo jam non sumus in re-
gno Dei? utiq; , quia Deus pater à potestate tenebrarum nos liberavit
& transtulit in regnum filii sui, Col. 1. v. 13. Sed modo sumus in regno
gratia & crucis, tunc transferendi in regnum gloria & lucis, jam habemus
quidem ius ad rem, ibi autem habebimus ius in re, tunc impetrabimus ple-
nariè, quod petivimus quotidie: Adyeniat regnum tuum: tunc impetrabi-
mus singuli, quod latro petuit, singulariter: Memento mei Domine,
cum veneris in regnum tuum, Luc. 23. Imò videntur hæc verba à Chri-
sto ad-

sto addita majoris solatii causa: Non tantum liberabimur ex carcere hujus mundi, sed & principes erimus cœlestis illius regni, si ergo Joseph lætatus est, quando post carcerem squalidum evertus est ad regis usq; solium, quanto magis lætabuntur pii, quando ex carcere hujus mundi ingredientur regnum, quod ipsos præ Foribus expectat, Da werden wir Himmels Fürsten seyn in regis curia, ejus werent wir da!

Amen dico vobis, ætas hæc non præteribit:] Dubitationi multorum, qui dicunt: man hat vom Jüngsten Tag schon gepredigt/ da ich noch ein Kind war / vnd ist gleichwohl nichts draus worden / ic. illis opponit Christus juramentum; quod omnes controversias terminat, Heb. 6.v.19. Amen dico vobis, nolite dubitare, in omnibus fidelem me invenistis, ergo & in ultimo nec fallam nec deficiam. Quæritur autem, quæ sit illa yereæ, de qua Christus hic loquitur: Nonnulli 1. hoc referunt ad destructionem urbis Hierosolymitanæ, quod scilicet illa post annos 34. certò sit futura, multis adhuc superstitionibus, qui modo vivant, Es werden vnser Zeut (wil der Herr sagen /) erleben / daß alles geschehen wird / yereæ enim est ætas hominis vel spacium vitæ humanæ, ita Osian-der, ita Aret. & alii. 2. Hunnius in Matth. per generationem intelligit mundum hunc presentem, cuius finis ante prædicta signa non sit sperandus. 3. Simon Pauli per yereæ hic intelligit Genus signorum prædictorum, quæ cessare non debeant, donec veniat dies ille. 4. Alii intelligunt Iudeos, qui in vastatione Hierosolymitana non totaliter sint delendi, sed ad seculi usq; consummationem, ut signum inter homines conservandi, Beza, & facit hanc sententiam plausibilem locus Luc. 11. v. 29. Ut enim hic dicitur: yereæ ævum, ita etiam de Judæis ibi dicitur, yereæ ævum, generatio illa, signum petit. 5. Alii per yereæ intelligunt universum genus humanum. 6. Theophil. & alii intelligunt Ecclesiam quam Christus hac voce consolari voluerit, quod videlicet in summis illis extremum diem antecedentibus calamitatibus tamen sit conservanda, nec inferorum portas adversus illam prævalituras, Matth. 16. Nos cum Luther, VVinkel. & aliis quartam amplectimur sententiam, indeq; concludimus, Judæos nec è medio tollendos, nec simpliciter ex omni societate Christianæ exterminandos esse, prædictus enim hic Christus, Judæorum yereæ non præterituram ad seculi usq; consummationem, prædictus Zacharias, Deum in Ecclesia etiam N. T. possessurum ex Juda suam partem Zach. 2. v. 12. Prædictus Paulus insignem Judæorum conversionem

expectandam, Rom. 11. v. 25. Proinde in utramq; partem Christianis laborandum est, ne vel nimia licentia deteriores Judæos reddant, vel nimia morositate ipsorum conversionem impedian. Monet certè August. sup. Psal. 59. duas esse causas, cur Judæi tolerandi. 1. Ut in ipsis gratiam erga nos agnoscamus, versantur enim ante oculos nostros ut rami fracti, in quorum locum nos oleæ vitæ inserti sumus, eoque ipso nos monent, ut cautiùs vivamus, ne similiter exscindamur. 2. Quia sunt quasi scriinarii, & librarii nostri, dum sacra Biblia in exilio secum circumferunt, quæ licet non intelligent ob cœcitatem, in quam traditi, vera tamen & à Deo ea inspirata esse testantur. Ne ergò occidas eos, ne obliviscantur legis tuae, sed disperge eos, concludit ex Psal. 59. v. 12. Quomodo autem tractandi Judæi, hoc prolixè docet Lutherus, monens. 1. Synagogas illorum destruendas esse. 2. Domus etiam illorum delendas, ipsosq; ad aliquod stabulum vel tuguriolum remittendos, ut sciant se non Dominos, sed mancipia Christianorum esse. 3. Liberos Thalmudicos ex ipsis manibus extorquendos. 4. Præcludenda ipsis Rabinis suggesta, ne doceant. 5. Prohibendo esse ipsis omnes contratus. 6. Isporum bona, quia Christianorum rapina, confiscanda, & conversis Judæis aliquid de illis concedendum. 7. Ad labores graviores eos adigendos esse, &c. Vide Luth. Tom. 8. Jen. fol. 93. & seqq.

Cœlum & terra transibunt:] Multi putant in his verbis comparationem esse Hebream, pro qua Latinus diceret, *cœlum & terra sitius præteribunt vel facilius, quam verba mea*, sed res manifesta est, de mundo loquitur Christus eum transiturum, de verbis autem suis emphaticè per geminam negativam dicit: *& mihi, nequaquam vel minimè præteribunt, unde Juvencus ita reddit:*

*Hæc tellus cœlumq; super solventur in ignes,
Sed mea non unquam solventur ab ordine dicta.*

Mundus interi- Notentur ergò sequentia. ¶ 1. Quomodo interitus fit mundus? surus est quoad an quoad substantiam destruendus, an quoad qualitates tantum alterandus? substantiam. Pontificii ut plurimum, & alii statuunt, mundum saltem quoad qualitates commutandum & à deteriori conditione liberandum, ideo urgent dicta sequentia 1. Non mundum, sed Schema mundi, hoc est, figuram & imaginem transire, 1. Cor. 7. 2. Cœlos ut vestimentum vetera, scere, Psal. 102. v. 27. 3. Paulum Rom. 8. v. 19. distinguere inter servitatem, quam creature exhibeant impius & filius Dei, priorem tollendam, posteriorem manus.

mansuram. 4. Terram stare in aeternum, Eccl. i. v. 4. Cœlos Deum statuisse
 in aeternum & in seculum seculi, Psalm. 148. v. 6. Unde in nostro textu
 TRANSTRE ipsis idem est quod innovari vel transmutari, vel ut Berenga-
 riū in Cent. Magd. 12. col. 290. Transire per MELIGATIONEM, non verò
 per abolitionem. Verū rectius statuunt illi, qui dicunt mundum quoad
 substantiam destruendum & in nihilum redigendum, quia in hod.
 Evang. dicitur: cœlum & terra παρελεύσονται, transibunt, verba autem
 mea non transibunt, ubi certè innuitur, tantam esse inæqualitatem in-
 ter mundum & Christi verbum, quanta est inter τὸ TRANSIRE, & inter
 τὸ perpetuὸ MANERE, verbum enim dicitur mansurum, & Mundus in-
 tereturus, jam si mundum credo non destruendum, sed perficiendum
 potius, tunc nulla erit in verbis Christianitatis, quia verbum non
 transit, sed in æternum manet, ita etiam mundus non transit, quod ta-
 men verbis Christi prorsus contrarium est. 2. Contrarium docent &
 Petrus, qui testatur omnia exurenda & dissolvenda, 2. Pet. 3. v. 7. 10. 11. 12. &
 Johannes, qui dicit, fore ut cœlum & terra fugiant, nec illorum locus inven-
 iatur, Apoc. 20. v. 11. imò ita abiturum cœlum, terram & mare, ut Non
 Sint amplius. Apoc. 21. v. 1. Et Job dicit hominem non resurgere donec
 NON FUERINT cœli Iob. 14. v. 12. 3. Facit hæc sententia ad amplian-
 dam divinæ potentiaz majestatem, quæ ut ex nihilo facere omnia po-
 tut, sic in NIHIL OMNIA rediget, & de novo talia faciet, quæ nec au-
 ris audivit, nec oculus vidit, nec mens humana percepit unquam, 1.
 Cor. 2. v. 9. 4. Philastrius f. 32. expressè nominat illos hæreticos, qui
 contra apertissima loca, Luc. 21. Psal. 102. 2. Pet. 3. annuncient restauran-
 da potius quam pereunda Elementa. Quoad rationes superius positas,
 tenendum 1. per Schema Paulum intelligere non aliquam mundi figu-
 ram vel imaginem, sed ipsum mundum, cuius gloriam etiam in summo
 gradu consideratam, per contemptum σχῆμα vocat, ein Schema / ein
 Schatten/umbram & bullam verè nullam, quia hic nihil solidum, ut Beza
 addit. 2. David dicit cœlos non modò ut vestem yetetascere, sed & (ut
 expressè addit) perire, in Hebr: יְאַבֵּד ab οὐχίμω vocat, quod nusquam in
 Bibliis alterationem rei manens significat. Præterea hic etiam antithesis
 est inter mundum, qui perit, & inter Deum, qui semper permanet. Pro-
 inde nimis crassum & Pelliōnis officinam redolere videtur simile illud
 Martyrii: Sicut homines tineas bacillo excutunt ex vestimentis veteribus: Ita
 Deus virtutates à cœlo & terrâ contractas ignis bacillo excutiet atq; exuret, ist

gar ein Kürsnerisch Gleichniß. 3. Paulus non dicit creaturas à vanitate liberatas filii Dei servitium præstituras, sed in prosopopæia, ad filiorum Dei libertatem promoveri, Paulo idem est, ac à malorum servitio eximi, liberabuntur ergo creature à vanitate, cui subiectæ, at liberari etiam illudicuntur, qui moritur, & per mortem totaliter, quoad corpus, destruitur. 4. Terra & ccelum stabunt in æternum, verum quis ignorat, id sèpissimè dici æternum, quod diu durat? 5. Quomodo probabitur TRANSIRE idem esse quod INNOVARI vel TRANSMUTARI in melius, certè Paulus quando corporum nostrorum transmutationem describit, tunc non utitur voce θνητού perire, qua hic reperitur, sed μετα-
χυωτιζουσι, transfigurari, in aliud habitum traduci, Phil. 3. v. 21.

Pontifici dicunt nos immutabile Dei verbum facere mutabile, cum omnibus quidem parietibus adscribamus: V. D.M.I.Æ. & interim conqueramur ante centum annos Evangelium fuisse amissum, & nescio sub quo scateno à Lutherò inventum, qui autem amitti potuit illud, de quo Christus hoc loco: cælum & terra peribunt, verbum meum non peribit, Predicantem Latinum q. 3? Resp. Aliud est totaliter amitti, aliud OBSCURARI, aliud PERISSARE, & aliud perditum PUTARE, dicimus sub Papatu verbum illud, quod in æternum perse manet, per accidens hominum traditionibus obscuratum esse, & licet non perierat, à multis tamen, ob tot etiā quatuor & cerebri humani quisquiliis, periisse putabatur, hinc Ecclesia: O J. e x x e Gott / dem Göttlich Wort / ist lang verdunkelt blieben / ic. Ut ergo sol semper manet, licet vel maximè obscuretur ac obvioletur nubibus, ita verbum manet manebitq. in æternum, licet hominum adinventionibus sub Antichristi regno multis modis stigmatum fuerit: Frustra itaq; Antiochus libros legis exussit i. Mat. i. frustra idem tentavit Diocletianus Euseb. l. 8. hist. Eccl. c. 2. Et Julianus, Niceph. l. 10. fere per tot. quia alias: Volat irrevocabile verbum, & de omnibus dominibus verum est illud Poetæ:

Verba puellarum solius leviora caducis.

Verum Christi verbum, cum sit æterni Dei æternum verbum, Isa. 40. v. 8. 1. Pet. i. v. 23. Ideo charta extiri potest, verbi efficacia non potest, sermo enim FIRMIUS est & propheticus, Gottes Wort vnd Lutheri Lehre vergeht nun vnd nimmermehr: Das Wort sie sollen lassen stahn / vnd kein Dancz dazu haben. Imò: Si Rex, Papa vel Satrapa verbum tuum repellant non est sua-ceu vista tua, frustra TIBI rebellant, ob wortengleich/ Bapst/

Bapt / Rehser / Reich / &c: Per verbum Christi factus est mundus, ideo mundo
longe est stabilius, Lyra.

Cavete autem vobis: 1. Omnes primogeniti in Ægypto
trucidati sunt per angelum unum malum, sed in fine mundi *quatuor e-*
mittentur Spiritus, qui mundum perdent, juxta præsens Christi effa-
rium: 1. *Est Spiritus ebrietatis*, der Freß. vnd Sauff Teuffel. 2. *Spiritus ni-*
mia curiositatis, der Geiz. vnd Sorg Teuffel. 3. *Spiritus securitatis*, der
Sicher Teuffel. 4. *Spiritus prostitutionis impietatis*, der stumme Teuffel / der
die Euer nicht wird beten lassen. Alii dicunt Dæmonem in fine mun-
di quatuor quasi ædificia erecturum & hospitia, quæ homines frequen-
tissime visitabunt, 1. Erit Ein Sennstall voll Epicurischer Mäst Schwein.
2. Ein Hundstall voll neidischer vnd geiziger Filze / 3. Ein Schlaffhaus
voll fauler Schlängel vnd Siebenschläffer / 4. Ein Hospital voller stum-
mer vnd sprachloser Buben / Pomar. Primo hospitio Christus assignat
crapulam & ebrietatem, & quidem talem, quæ gravet *Non VENTREM*
sed *COR & MENTEM*, quod notetur contraillos, qui putant, ebrieta-
tem tantum in corpore hærente, atq; sic una cum vino omnem culpam e-
dormiri posse: Sed Christus dicit ea cor gravari, Hoseas plus dicit, vi-
num cor eripere, Ose. 4. Esaias inde probat, *quod non attendant operibus Do-*
mini, cap. 5. crapula à Græco κραψίαν extrito; more Æolico dicitur:
ortus ex nimio haustu dolor, qui caput affligit, vel materiam crudam ex heliu-
tionibus reliquam, quæ affert fastidium, eructationem, nauseam in
ventriculo, & malos edit halitus caput turbantes, nomen est à κράψε &
βακτη, à vibratione seu perturbatione capitis. Ebrietas Græcis μέθη di-
citur, unde μέθη, quod vinum significat merum sive non mixtum, qua-
li in sacrificiis utebantur, hinc fortassis nostrum Meth / utitur haec voce
Paulus: μή μεγαλεῖτε δινώ, Eph. 5.v.18. Haec itaq; Christi mens est:
Fugite ebrietatem, quæ facit crapulam, vel ut Paulus: ex quo σωτηρία, σω-
ζειν Græcis est servare, additur litera τερπλην vel privativa ο, quia hic
effectus est heliuationis, & τωζη, απάστραυον, Chrys. non servat sed
perdi facultates, corpus & animam. Wir Teutschen sauffen vns armi/ todts/
frank vnd in die Hell hineint / dicit Phil. Melanth. qui palcre addit: Im-
morior his vocabulis declarandi, quæ adolescentes sibi quicq; nimium indulgent po-
tationibus. Hät man also zu Phillipi Zeiten auf Universiteten schoit
weidlich gesoffen. 2. Hospit o assignat Christus curas, & quidem βι-
τινας vel vitales, quia aliud est curam habere de peccatis suis, cum Davi-

Quatuor dæmo-
nia ultimi
mundi.

de, Psal. 38. v. 19. & cum Bernhardo dicere: *Hec est mea prima cura, ut te queram mente pura, & aliud, curis hujus vita gravatum esse, prior cura non onerat, posterior verò ad cœlestia tendentem multis modis impedit.* Ideò ut viatori non expedit multis sese onerare, nisi à comitibus deseriri, & urbe excludi velit: *Sic vita piorum instar peregrinationis sese habet, quæ tamen ad cœlestem tendit patriam, ideoq; pii se terrenis non onerabunt: De tertio & quarto hospitio postea agemus.* ¶ Quæritur autem, cur Christus horum tantum peccatorum faciat mentionem, *Ebrietatis scilicet, Avaritia, Securitatis, &c?* annon scortatio, adulterium, furta, rapinæ, & quæ magna sunt peccata? An illa impunè sub mundi finem committere licebit? Nullo modō: sed quod Christus horum tantum peccatorum mentionem fecit, hoc idèo factum, 1. *quia talia sub mundi finem valdè erunt frequentia, ut enim in diebus Noæ edebant, bibeant, &c. ita & adventus filii hominis erit, Matth. 24.* Ut Rex Balthasar inter pocula & commissationes videbat manum, regni sui vastationem describentem, Dan. 5. Ita regnum mundi destructur hominibus Baccho sacrificantibus: Cum Philistæ saltabant, & maximè lætabantur, ruinâ domūs oppressi sunt, Jud. 16. Sic Christus adventu suo ultimo mundum opprimet vel maximè securum, *invadet mundum somno vinoq; sepultum, &c.* 2. *Quia haec peccata præ cæteris sunt cor aggravantia, quamvis enim omne peccatum grave sit, nec permittat animam ad sublimia elevari, juxta Gregor. tamen crapula & avaritia eò cor nostrum præ aliis rapiunt, ubi est thesaurus noster, Matth. 6.* 3. *Quia ex his peccati alia oriuntur tanquam ex sua causa, etenim quid non ebrietas designat? Curæ etiam hujus seculi faciunt, ad vitam vel conservandam vel ornandam, ubi necesse est, ut ambitione, avaritia, superbia, &c. inde oriuntur.* 4. *Quia fini orbis valdè sunt convenientia, Homo enim μηδεὶς ζυγός est, Ergo quod in moribundis videmus, idem in macrocosmi fine eveniet. Moribundi certè edaces nonnunquam sunt, juxta vulgare illud: Erisset gegen den Todt/vel ut Medicus ille de quopiam dixit: Hie mag er essen / dort mag er dewen: Quandoque etiam valdè avari sunt homines, termino vita propinquai, unde de senibus dicere solemus: Er samlet Beeryfennige zur weiten Reise: Nonnulli Lethargo opprimuntur & dormientes moriuntur, Sie schlaffen den langen Schlaff: Nonnulli obtumescunt, & lingua ulu priuantur. Idem ergò de mundo interituro hic Christus refert. De Ebrietatis & avaritiæ scelere fugiendo, dicetur alibi.*

*Cur Ebrietatis
& securitatis
hic tantum
mentionem.*

1.

2.

3.

4.

Ux

Ut laqueus invadet omnes:] Verba desumpta videntur ex
 v.12. Eccl.9. Nescit homo finem suum, sed sicut pisces capiuntur hamo, & aves
 laqueo comprehenduntur: Sic capiuntur homines in tempore malo, quod eis Sathanus
 exemplò superveniet. 1. Auceps Diabolus est Psal. 124. v.7. Fistula dulce ca-
 nens, volucrem dum decipit. 2. Area mundus est, in cuius quatuor an-
 gulis reponas 4. illas caveas superiùs depictas & refertas: partim volu-
 ptuosis, partim Avaris, partim securis, partim mutis, das sind wunderbare
 Lockvögel. 3. Aves sunt homines in terris habitantes, ex illis si qui in sub-
 limi volitent, & cœlestia quærant, illi evadent, juxta illud: *Anima nostra
 erupta est è laqueo aucupum, laqueus contritus est, & nos liberati sumus, nos fune
 rupto liberi, quod adjuvat nomen Dei, polisoli satoris.* Strict iste enswey / vnd
 wir sind frey/ ic. Qui autem in terram dilabuntur, illos laqueus con-
 stringet, At quis 4. ille laqueus? Dies Domini ex oriente ad occidentem,
 ut fulgur, expansus, qui laqueo confertur, & ob celeritatem Adventus
 Dominici, & ob severitatem judicii, qui enim laqueo tenentur, insolubiliter
 teneri videntur, hinc gloss. interl. veniet ut laqueus, perpetuò retinens
 quod semel cepit, & Syrus: *Vt laqueus illaqueabit eos.* Cave itaque ne capia-
 ris, & hoc refer jucundam illam de *Sturno vel historiam*, vel fabulam,
 quam legi apud Joannem Walchium in decade Fabularum, super fab.
 3.p.48. In Misnia quidam tutor habebat Sturnum, quem edocuerat
 hæc formalia verba: *Cave tibi à pravo sodalito, Hütse dich vor böser Gesell-
 schafft / quam orationis formulam cum garrula avis prentè, expeditè
 & vernaculè proferre posset, contigit quodam die, ut suæ officinæ
 prætervolaret Sturnorum agmen, cui cum bona avis sese adjungeret, &
 sequenti nocte cum gregalibus in patula quadam arbore quiesceret,
 manè factum est, ut quidam auceps non tam Sturnis quam aliis avibus
 retia tenderet, in quæ cum stolidum Sturnorum agmen incidisset, una
 cum sociis Sturnus etiam domesticus captus est, qui cum sub plagiis &
 cassibus id. nitidem repeteret, illam edoctam formulam: *Hütse dich für
 böser Gesellschaft/hüt dich für böser Gesellschaft/liberatus & ab Aucupe
 suo Domino restitutus est. Nos ab avicula eandem discamus vocem: Hüts-
 se dich für böser Gesellschaft/ nisi in Diaboli nassam velis incidere.* Sonst
 heist es: mit gessen/mit gesessen/mit gangen/mit gefangen/mit gehangen.*

*Sturnus loqua-
 tur.*

Vigilate & orate:] Novum simile: Quemadmodum mili-
 tes strenui, qui nesciunt, quando hostes irruptionem facturi, omnibus
 horis nocturnis & diurnis excubias agunt: Ita Christianos vigilare
 oportet.

oportet, non quod somnus eis prohibeatur, qui peculiare Dei beneficium, sed ut animus dormire dicitur, quando socordia & securitate sepultus, omnia neglit; Ita vigilat animus, quando excusso carnis veterano, saluti sua attendit homo, vide Parabolam Luc. 12. de servis Domini redditum expectantibus. Verum ut sine Dei gratia nihil possumus: ita nec animus noster vigilare sine ea potest, ideo additur secundum: *Ora-te, Oculi somnum capiant, cor ad te semper vigile.* Pertinent huc omnes precatio[n]es huic temporis convenientes: *Desidero te nullies, mi Iesu quando ve-nies, quando letum me facies.* Bernh. *Veni Domine Iesu, etiā, veni,* Apoc. 22. &c.

Vt possitis subsistere:] Phrasis verè judicialis, quæ opponit inter se STARE & CADERE, nam ut Latinis causâ CADERE ille dicitur, qui damnatur, sic impii non STABUNT in iudicio, Psal. 1. Stare autem dicitur, qui causam suam in iudicio, jure & legibus obtinuit. Orandum itaq; judex est, ut in iudicio stare queamus & consistere, juxta illud Ecclesiæ: *Am Ißngsten Gericht hilf uns lieber Herr Gott!* Unde facilis est responsio ad ea dicta, quæ Bellarm. l. 5. de justific. c. 3. unâ cum hac conclusione concessit ex Luc. 10. *Dignus est operarius, &c.* Sapient. 3. Deus invenit eos dignos 2. Thessal. 1. *digni habeamini in regno Dei.* Apoc. 3. ambulant in albis, quia digni sunt. Et cap. 16. Dediti eis bibere sanguinem, *digni enim sunt &c.* Unde colligit pios vitâ æternâ dignos esse, & quidem ex operum merito. Sed Resp. Ipse Erasmus fatetur in conclusione hod. Evang.: *Esse Græcum usitatum, cum Græci verbo αἵρεσις generaliter utantur, atq; sic sententiam esse: Ut digni sitis, hoc est, ut possitis effugere vel evadere:* Alias distinguendum inter dignitatem Legalem & Evangelicam. Legaliter vita æterna indignæ sunt omnes omnium Sanctorum passiones. Rom. 8. v. 13. Evangelicè autem vitâ æternâ dicuntur digni pii, non activâ sed passivâ, non inhærente sed imputatâ, non meritoria sed gratuita dignitate, ex dignissimo Christi merito redundant. Agnoverunt hoc sancti, hinc suam fatentur indignitatem, Sum minor indignus q[ui] tuis, Deus optime, donis, Gen. 32. v. 10. Non sum dignus, ut ejus corrigiā solvam, Joh. 1. v. 27. Non sum dignus, ut intres tecum, Matth. 8. v. 8. tota certè triumphans Ecclesia, in Christi dignitate exultat, dicens: *Tu Domine dignus es accipere gloriam & honorem & virtutem,* Apoc. 4. v. 10. immo quod orando pii impetrant, qui merito id habebunt? Atqui hic Christus orare jubet, ut simus digni, Ergo hoc ex merito nemo habet, sed: *Gratias agimus Deo Patri, qui DIGNOS nos fecit ad participandam sanctorum sortem in luce,* Col. 1. v. 12.

Dignitas Legalis & Evangelica.

Do-